
RISINIUS


V
B
J
C



PETRI
Riſinij in Joannis Heſſi Cachinnij Sycophantias reſponſio.

Quí tibi cōſuluit formare Cachīnie nomē
Ille fuit magno maior Ariſtotele
Materiā inſano prębes te ſtulte Cachinno
Dignius hinc nullū nomē habere potes.



NOn ſatis erat Heſſe, teneo enim te quantũlibet Proteũ, non ſatis erat, inquã, prodi te mundo Axiomatis illis tuis, ni & neniis hiſce quibus in Cachinniũ verſus mihi reſpondes, &, vt tibi videt̃, me facete ludis & conficis, plane quantus ſis blatero declarares. quibus tametſi cenſuerĩt amici quidã nõ reſcribendũ, neq̃ cõflictãdũ cũ ingeniis eiuſmodi, quorũ ſtudiũ eſt quicquid rabies ſuggerit effundere, & ĩ maledicendo ac contemnendo omnẽ reſpõſiõis vim ponere, vt ita ĩani vulgo victores appareant, cum & vetulæ in foro ſuo herbario id præſtare queant. tamẽ vel hoc nomine te reſpõſiõe mea dignabor. & paucis rationẽ ſcriptorũ meorũ reddã, tuaq̃ expẽdam, vt ſi quã voluptatẽ maledicendo cepiſti, eam vere audiendo amittas.

AC imprimis ne quid de Riſinio fictũ putes. nõ ſum Soſia ille, vt tua cauſa hic nomen meũ cõmutẽ, ſiue id ſit ab arce mea equidem nõ vulgari, ſiue vt tu vis a riſu, nihil moror. cũ homo animal ſit riſibile. & veſtras nequeo nõ ridere inſanias, Tu Cachinnius factus me ceu ri-

ſum mouentem rides, & hic tibi per quam argutus & ſalſus videris. Poeta vero Satyricus cũ vt abſurdiſſimũ clamet ſi Clodius accuſet Mechum, Catilina Cetegum, videlicet par parem, & ſimilis ſimilem, quid diceret, ſi videret Riſinium ob riſum rideri a Cachinnio, q̃ tãto plus ridẽdus ipſe veniat quãto Cachinn⁹ riſu ẽ effuſior. iocũ igiť vide mi lector & ſalẽ Heſſica minerua, & toto illo Nigro & Coruino Muſeo dignũ. atq̃ ſi e tripode nomẽ petiſſes mi Heſſe, nõ veri⁹ tibi cõtigere potuiſſet, quã a Cachinno qui riſus eſt immodicus, vt dictũ illud vulgare comprobares. Per riſum multũ poteris cognoſcere ſtultum.

IAm quid de tua loquar pręfatiõe, quãta magnificẽtia q̃reris obſcuriſſimos quoſq̧ ius ſibi ſumere bonos & verę pietatis. ĩpietatis potius, aſſertores ĩceſſẽdi, ac interĩ nihil doces, q̃ ego obſcurus tu bonus dici debeas, ꝓdeũt avobis aſſidue libelli, & picturę obſceniſſimę, in contumeliam ordinis quem ꝓfeſſi eſtis, proſcinditis lingua & ſcriptis virulentis & fędiſſimis ſummũ Pontificẽ, Reges & Epiſcopos ordineſ

ꝗ om̃es,q etiã ſi iudei eſſent,nemo id adeo petulanter faceret,cui pudoris & bonę mẽtis vel vna eſſet mica. & bonos vos dici vultis,nos vero obſcuros,qui omnẽ poteſtatẽ a deo eſſe Apoſtolo credentes, ordinatiõi dei nõ oblatramus,terminoſq́ꝫ quos patres noſtri poſuerũt nõ tranſgredimur, eſto ſane.verũ agite.perditiſſima hominũ colluuies,turbate,miſcete,maledicitę,qui eiuſmodi arborꝫ ſunt fructus. erit tãdem aliqñ inſolentię veſtræ finis,nõ eñ hæc noua eſt, neqꝫ vnq̃ inulta eccleſię Dei calamitas, quã ſi Chriſtiani prĩcipes nõ corrigẽt, Turcus corrigat neceſſe eſt, nos vero & Vngaros miſeros, qui Lernã hãc ſoli ſepimus.& ab ea flagellum hoc dei nequicq̃, & cũ diſcrimine noſtro,arcemus,quã ſatius foret permittere Turcos & Tartaros ad quod vnũ contẽdunt, eo penetrare, vbi docetur non pugnandũ eſſe cũ illis niſi armis ſpiritualibus,vt illic ipſis armis ſpiritualibus ſuperarẽtur,& ab exortis iſtis nouis Apoſtolis cõuerterentur id(ſi ſapiemus)poſtquã a nemine iuuamur,futurum erit aliquando.

NVnc quod garris ea quę adduxi to ties triumphata, equidē nō nisi verba Cypriani, Augustini, Gregorij, Chrysostomi, Pauli apostoli, & deniq; Christi Iesu adduxi, de meo nihil addidi, hos itaq; in triumpho ducitis, at cū oīs concertatio Palemonem requirat, si de palma cōstare debeat, quo iudice vnq̃ vicit vllus partium vestrarū, quo authore orationes has agitis, nisi vestramet sententia, Mi lector dementiam vide insignē, damnata est hæc pdita factio a summo Pontifice, & ecclesia vniuersa, damnata ab Imperatore, damnata a Regibus Christianis, dānata ab vniuersitatibus, & natiōibus oībus, pter quosdā in Germania, & sibi victores vident, quod illis vulgi fex quedam quod harpyę, & Corui nōnulli hiantes, quodq; etiam mercatorꝝ aliquorꝝ genus, qui fraude periurio & monopolijs orbe spoliato, nesciant prę opulētia quid agāt, quod deniq; Apostatę libidine perditi illis applaudant, nō intelligētes etiā ipsi oēs interdū quid loquantur, atq; his labris cū illi suas lactucas prebent, cum illos Antichristos, illos Papistas, illas rasu

ras, illas vncturas, & alias id genus caninæ suę facundię elegantias effutierint, cum ex angulis libellos famosos, & picturas cũ de- monibus & feris eiacularint, tum se de om nibus triumphare, omes cõficere, omibus terribiles esse putant, egregia ingenij do- ctrinæ & sanctitatis testimonia, que ne la- trina quidem bonorum virorũ, nedum re- sponsione digna sunt.

QVod autẽ somnias Hesse me subor natũ, multorũq; operã in illud libel- li confluxisse, quod sordes & sentinã, neq; Sycophantam vocas, sordes & sentinã esse tibi nihil miror sanctorꝝ virorꝝ sententias. quas adduxi, prĕsertim hanc Cypriani, nõ aliunde oriri hęreses, quã vbi sacerdoti dei nõ obediat, neq; vnus esse in ecclesia sacer- dos, & iudex pro tempore vice christi cre- datur, hoc est quod nauseat anima vestra, cur hic nihil respondisti? nam is tantus au- thor te hęreseos nõ ego vt blatis accusat & conuincit. Sycophãtas aũt eos etiã vł pue ri ex comœdijs sciunt, qui noĩe vel vestitu sese ad ludendũ vel circũducendũ quẽpiam transformant, id quod tu in Cachiniũ ver-

ſus egregie pſtitiſti, vtroq; igit̃ noĩe, & qđ calumniator ſis ſanctę religiõis Catholicæ rituũq; eccleſiaſticorũ, & quod nobis noĩs metamorphoſi imponi ſtudeas. Sycophanta appares ipſiſſimus, neq; tibi placeas, tãti apud me tuas illas nugas fuiſſe, vt ĩ illis vel multũ tpis inſumpſiſſem, vel alicuius opera adiutus eſſem, quamuis em̃ iuuenis ſim, & vt hoc tibi donem in ſcripturis non exercitatus, diſperεam ni vnũ dumtaxat diem, idq; cũ nauſea, huic negotio impenderim, quod cũ toties eleues Heſſe cachinicę putas me ignorare quãto ſudore tibi & cõgerronibus tuis id nugarũ conſtiterit, qđ tanto tempore parturientes tandem vero ab orſi eſtis.

AT dũ poſtremo aduerſus me acies inſtruis, dum tanto apparatu, tantis minis: tantiſq; machinis te inſers: nõ me tandẽ ſed Priſtianũ acriter feris: inqs em̃: vt Traſo egregius: negabimuſ in nobis locũ laudato illo pu̇erbio: dolus an virtus quis in hoſte requirat: pilli, cum & pueri in ludo triuiali ob eum errorẽ vapularent, I nũc lector & puta hunc Pſeudo

phetam esse aliquid ĩ sacris litteris. qui & in puerilibus, sic labatur pueriliter, se tñ nimis q̄ elegantē rethorēq̄ existimat, me vero rethorculum quasi ab alto despectat, te det me commisceri cũ fecibus huiusmodi Sed tñ quod agressus sum prosequar, iamq̄ ad rem ipsam uenio, nam ad prefationē hactenus sit satis.

TRia erant mi lector ab hoc Hessico Cachinnio pposita, de uerbo dei de sacerdotio Christi & missa, ac de matrimonio, de uerbo dei, quia mos est horũ orbis correctorꝝ ita disserere ut illud tãq̄ ab ecclesiasticis oppressum & impuratum uiderentur libertati asserere, suumq̄ purũ & syncerũ sensũ illi restituere. & Euãgeliũ semp in ore habentes, suã rem cũ illo sic cõiungere, ut tũ demũ uerbũ dei nasci & regnare uulgo persuadeãt, cũ impũne illis liceat suo modo, & sine lege uiuere, maiorũ instituta contemnere, & vniuersam rē ecclesiasticã cõuicijs insectari, dantes potestatem uel cerdonibus suo sensu uerbũ dei expendendi, his ego respondi ex Euãgelio solis Apostolis datũ esse scire mysteria re-

gni cęlestis. cęteris per parabolas. ut uiden tes nõ uideant. & audientes nõ intelligant. indeq́ non oĩm esse potestatẽ uerbi dei co gnoscendi & interpretãdi. Dixiq́ magistrũ perpetuũ & unicũ ecclesiæ spiritũ sanctũ, neq́ intelligi nisi per illũ uerbũ dei posse, adduxi quędam ex infinitis in Euãgelio, q̃ in cortice secũ pugnare uidentur. vt cõsta- ret, aliud esse putamina uerbo℞, aliud nu- cleũ spiritus, opusq́ esse spirituali declara tiõe & itelligentia, nõ ea qua illi sua autho ritate & libidine uulgum instruerent. Ad- duxi etiã ea esse documenta in Euangelio. q̃ ipsi maxime oppugnarent & incesserẽt, & quæ ipsi docerent nusq́ cõperiri. hic meus Hessicus Cachinnius cũ nihil haberet qđ responderet ad rem, subleuaretq́ etiam id quo ego nitebar, sub inferẽs illud quod uo bis dico, oĩbus dico, contrariũ uidelicet illi, nõ oĩbus datũ esse scire mysteria, cũ ego id unũ agebam, ut ex contrarijs dictis Euãgelij, constaret interpretatiõe opus es se, & spirituali intelligentia, ad reliqua vo cũ nõ iã risu a Risinio excitato, sed stolida dũtaxat exclamatiõe respõdisset, o furor,

o amentia, his sęculis digna, imo ipso maxi me digna. Tandē post varia probra quibus me afficit, vix interim se cōtinens quin me pro meritis accipiat, pugnis fortasse. cer- nens me nimirū absentem, quod fanaticis accidere solet, peruenit imprudēs inter lo- gos suos de sacerdotio Christi, eo quo vole bā, uidelicet de spiritualibus spiritualiter dijudicādū. recte quidē, ut cū Christus uer ba sua spiritū & uitam testet̃, de his meri- to spiritualiter sit intelligēdum, hic meus erat scopus Hesse Cachinnice. quem tu de clinans uel nō uidēs, quasi coluber quispiā hac atq; illac maledicēdo uolueris. Si uer bū dei Hesse spiritualiter est intelligendū. interpretandū erit igit̃, si erit necesse, cui id iuris facies, hoc enī unū exigebā. ad qđ nihil respondisti. nam si omibus in cōmune licebit pro spiritu suo interpretari, pror- sus nihil certi habebimus, Concludo itaq; ter & quater. ne me tergiuersari putes, ut ecclesia a uerbo dei dependet, ita uerbum dei ab ecclesia, quę sola illi fidem facit, id q; authoritate unius sacerdotis, ecclesię p tpe pręsidētis, quemadmodū & inter Apo

stolos apud unũ Petrũ erat Euãgelij autho ritas, licet om̃ibus erat ad prędicandũ cõ‑ missum. id si negas, hem tibi testimonium ipsius Apostoli Petri Actuũ 15. q ubi esset inter apostolos & presbyteros disceptatio, compositurus illam sua authoritate dixit, ab ęterno ordinatum esse, vt per os eius au dirent gentes uerbũ Euangelij & crederent quę ordinatio etiã num cõstat, & cõstabit, rumpamini licet, a qua quidem ordinatiõe & sede Petri, quę ē Romana, vt inquit Ar‑ nobius, qui discedit, fõtē aquę uiuę amittit & siti ut pereat necesse est.

ECclesiam quidē dei, ut ais, eã esse quę spiritu sancto congregatur nõ nego, sed vestrã tantisper nego, do‑ nec spiritũ sanctũ in uobis esse opibus mi‑ hi pbaueris, iuxta documẽtũ dñicũ. Ex opi bus eorũ cognoscetis illos. in ecclesia vero Catholica, cui Romana pręsidet, sanctorũ uitę & miracula uirtutem dei & spiritus sancti testantur, in quorũ ordinatiõe & nor‑ ma nos cõtinemus, sensui & spiritui nostro nihil tribuentes.

DE cõſtitutiõibus Apoſtolo⁊ quo me relegas, an nõ cõſtat ĩ Actis eos ſtatuiſſe pleraq; rei & tpi oportuna: quin aio, ſi Eccleſia impie facit, qd' decreta & ſtatuta pro re & tpe cõdit, etiã ſi quo modo uiderentur ab Euãgelio diuerſa, ea dem impietate Apoſtolos eſſe damnãdos. i nũc & ſtolide uociferare. O furor o amẽtia. ſtatuerunt enim Apoſtoli non licere ueſci ſuffocatis, cum Chriſtus teſtet᷑. quod intrat os nõ inquinare animam. & Apoſtolus aſtipuletur oĩa munda eſſe mundis, ſic uiſum fuit ſpiritui ſancto unico eccleſię magiſtro. qui nunq; deſinit. & ut ab initio inſtruebat eccleſiam. quo ad ordinẽ & regimẽ ipſius, ita & nunc ĩſtruit author unitatis & dilectiõis. nõ diſſidij & confuſiõis. ut ueſter.

QVod autẽ in Polonia multos auguraris ueſtri eſſe fermenti. ſcilicet id tibi Paulo ſuo dignus Thimoteus. qui cũ deliro illo milite ad nos uenerat, decantauit. quo⁊ inſaniã cũ nemo hic non rideret, & ꝓ humanitate noſtrę gentis ciuiliter tractaret, credunt ſe hic multos ſuę farinę cõ

periſſe, cum uix unus atq; alter ſit, dudum aliqui nullius fidei & religionis hoīes, per indeq; in precio ſemper habiti.

DE paupertate ſpiritus, quā me non intelligere blatis, & nihil interim ad rem diuerſum doces, ac de præfectis gladij, alterū ſubticens, & ſacerdotio ac miniſtris eccleſię, quaſi & ſeculares præfecti nō ſint miniſtri, vt a deo miſſi ad vindictā malorꝝ & laudem bonorꝝ. item de decimis me ſacrificū ſomnians, & rem meā me agere garriens, edoctus videlicet per oraculū ſpiritus tui quo agitaris, qui mendax eſt & pater eius, deq; correcto Anna, tu ipſe errores in fine emendans, ac alijs ineptijs tuis futilibus & maledictis nihil reſpōdeo, cū nō quod te, ſed qđ me dignū ſit reſpiciam.

ALterū erat lector Heſſi axioma de ſacerdotio Chriſti, qđ totū eorſum tendebat, vt docuiſſet miſſam non eſſe ſacrificiū, & ritū eccleſiæ de veſtibus & ceremonijs vellicaret, qđ ſacrificio miſſę adduxi obiter Auguſtinū. Gregorium. & Chriſoſtomū, alioſq; infinitos adducere po

tuissem, si imorari in his nenijs libuisset, semel quidem Christũ passum, semel oblatum, tamen iterũ mystice semp̱ ꝓ peccatis imolari, cũ semper peccamus, semp̱ medicina egeamus, quæ est cęleste & venerabile sacramentũ. vt inquit Ambrosius. eos sanctos & clarissimos viros Hessus contemtibiliter & quasi pili p̃ se existimans, nescio quos patres, me autẽ in scripturis nõ exercitatũ appellat. iamq̧ velut enecaturus infert magno impetu fontem aquęviuę, illud Apostoli per propriũ sanguinẽ semel introiuit ĩ sancta ęterna redemptiõe inuenta. mi lector supinitatem hominis vide. quid hic diuersum audisti a sanctis doctoribus quos citaui. Christũ semel passum, semel genere humano redempto. nõ debere iteꝝ ad expianda peccata. quibus semp̱ obnoxij sumus & semp̱ hoc antidoto indigemus mystice immolari. Nã quid & verba Apostoli. qđ pro vobis & pro multis frangit̃, indicant aliud quam hanc mysticam corp̱is dominici oblationem. & obicit mihi me translatione Erasmi nõ legisse, quasi v̇o Erasmo viro tanto quicq̃ sit cum hac colluuie com

mercij, q omia sua subdit ecclesię iudicio. neq ab ea vel latum digitũ discedit, quem etiã alias inter aduersarios ducũt ĩ triũpho

DE vestibus & Ceremonijs quã nihil mihi respondeat, nemo qui cõmu-nem habeat sensum non intelligit, vultq facetus videri de pecoribus offeren-dis. sacrificũ me faciens. nihil interim cõ-uellens ea, quibus ecclesię constitutionẽ de vestib9 & Ceremonijs, Euãgelio nihil esse aduersam probaui, quin ex veteri dei docu-mento fluxisse. solaq fide ecclesiam sacri-ficiũ peragere, quã ille requirebat, quibus nihil ad rem contradicere sciens, blatit ne scio quid de Regno Poloniæ peccore exi-naniendo, pecus ipsum. eiusmodi ineptijs respondere nausea est,

TErtiũ erat de matrimonio. de hoc & alijs me nihil dixisse ludit, ad qd igitur respondet: si quidem respon-deat quicq, iubet me agere secum priuatis litteris de voto, id nihil moror, Ethnicos mihi obicit & Poetas, Vnde hęc noua reli-gio: atqui isti noui Rethores his paululum degustatis, mox elati quasi gigantes supe-

ris bellū indixerunt, qua vna re bonis litte ris exicialem conflauerunt inuidiā. De Eu nuchis hoc dumtaxat soluit, quod me non intelligere garriat. Postremo dicit queri mundū de incontinentia sacerdotū, quam egregię ipsi corrigunt, monachos & mona chas a voto castitatis absoluentes, & ad lu panaria pellicientes. De cucullato exvacca producto nihil inquit ad Vratislauieñ ꝑti nere neq₃ ego pertinere ad eos dixi. quāq₃ quid ni pertineat, cū relligio quā hoc por/ tentū designauit ꝑtineat, cornicatq₃ nescio qd īsulsum de Curtisanis, ad qđ ipi rñdeāt

ADorič postremo quasi oblitū Epi/ logum meū, occinens pro sua gra/ uitate, Heus tu care lector, satis e/ gregie vt reliqua. cui quidem Epilogo cū Apollo suus nihil ei suggesissent. quo lepide recantasse videret, nā hic dūtaxat seipm & suam ineptiam nouit. quæ plane apparet ex illo quod ei excidit. stilū risi scribentis & gloriam risi triumphantis. quā fauenti/ bus musis id pręstitisset. argumentač me sanctū Carmen paschale irridere, bona ver ba queso, an nō hoc inuentū est cinicoꝝ ve

ſtrorũ Heſſe. Inuictas Martini laudes into
nent chriſtiani: an irridet verba ſacra. quiſ
quis illis & pręſertim pro eis certans vtitꝰ
ꝑ re loco, & perſona, illa trãſmutans, an ſi
vere cecinero. ſepulchrũ patens eſt guttur
Heſſicũ, lingua ſua doloſe agit. venenũ aſ‐
pidum ſub labijs eius. Pſalmographũ irri‐
dere videbor: Verũ mos hic veſter eſt. quiſ
quis aduerſus vos loquitꝰ. eũ aduerſus v̇bũ
dei loqꝫ vociferamini. quaſi vos. & v̇bũ dei
vnũ ſitis, & idẽ doceatis. & qˢqs vos ridet
& cõuincit v̇bis ſacris. ſacra rideri gritãini
tedet mi lector his futilibus nenijs diſtineri
IAm qđ in calce neſcio quas minas ad‐
dit, quaſi mihi apprime formidandus.
quod ad meliora cohortatur. id viderit
hęc an illa meliora ſint. quod prętereа eos
bonos appellat. qui mihi ſacrarũ litterarũ
patrociniũ cõmiſiſſent. quos initio ſordes
& me ſentinã vocauit. putans mihi munus
illud reſpondendi delegatũ, vel me adiutũ
ab aliquo. vt pote quod illi tot noctes inſõ‐
nes dedit. & Nigros illos ad ſemet magis
denigrãdos, Coruoſqꝫ ad crocitandũ exci‐
tauit. Quod deniqꝫ cum muſeo illo toto

ſubnectit carmina plane ſe & muſis illis a-
tris & crocitantibus digna, nõ cõmemoro
neq; reſpondeo quicq̃ his nugis, pueris id
reliquum muneris cõmittens, quibus hũc
Heſſicum & Cachinnicum hiſtrionem ver
ſandum & deridendum propino.

PETRVS Conarius muſeo Vratiſlauieñ
Iure Cachini' es, nec cũ ſis Proteus Heſſe
Ingenio poteras aptior eſſe tuo
Verũ hic q fecit, quo ſtulte Cachĩnius eſſes
Vt fias faciet poſtmodo Flebinius.

¶PETRVS Potulicius Cachinnio.
Egregij vates, Corui, Nigriq; Poetæ
Congrua qui canitis carmina noĩbus.
Quid rogo de mulis blatitis, aut vñ venire
Portenta hęc Romã, mulitribęq; ſolẽt.

¶SMIECHINIVS Lachinio.
Rar' adhuc Heſſi luſtrarat Sarmata nugas
Luſtrandi riſus prębuit ipſe viam
Dum cõfutat eũ, ridendum exponit vbiq;
I nunc atq; Heſſum deſipuiſſe nega.

10

¶ Hutenus Panaceo Poetę ex inferis.
Quis mihi te statuit vates insulse patronū
Ad pęnā accedit cur tua musa mihi
Nō tm̄ Ticy, quę nūc mihi pęna statuta ē,
Me cruciat, quantū carmen ineptę tuū
Nec moror vt qsq̄ nostrū tueat̄ honorē
Qui facit ęternū nunc mihi suppliciū.

¶ STANISLAVS Damitius.
ad inclytā Vratislauiā.
Doctrinā quondā vitasti Bresla Bohemā
At peiora mō quę docet Hessus habes

¶ LVCAS Goricius. Ad eandem.
Cęcus erat quo Bresla olim cōuersa fuisti
Dux Mesco, e cęlis lumen at ille tulit
Cęcus & hic q̄ te subuertit, dęmon at inde
Huic mentē ac oculos sustulit atq̄ fidē

¶ PETRVS Risinius Hesso.
Nil tua mi maledicta nocēt; nil Hesse Ca-
chinnus
Nā malo hoc vinci quā superare mō.

¶ Calcographus Lectori.

Nō bene si pūctus, si nō bñ littera quadrat
Da veniam lector, causa Cachinnus erat.


Biblioteka Jagiellońska
stdr0018123

